

(*Omissis*). — Infrascripti Cardinales, membra Signaturae Apostolicae, in sede eiusdem Supremi Tribunalis legitime congregati sunt ad decidendam causam de qua supra, sub proposito dubio:

« Quae sint ‘competentia officia Sanctae Sedis’, de quibus in n. 3 Decisionis Huius Supremi Tribunalis diei 27 octobris 1984 (pag. 21, ad 3) ».

Collegium Em. morum Patrum Cardinalium respondendum censuit uti respondet:

1) Dicasterium competens, de quo in pag. 21, ad 3, partis dispositivae Decisionis diei 27 octobris 1984, esse hoc ipsum Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae.

2) Ideo hoc Supremum Tribunal decernit Rev. dum X.Y. restituendum esse in munere docendi apud Pontificiam Universitatem K., nisi alia aqua solutio concorditer inter partes inveniatur. (*Omissis*).